

Johann Barnstorff

**Ad Memoriam Viri ... Joannis Christoph. Hauswedelii, Juris Consulti ... a Vidua,
Liberis & Necessariis Solenni Ritu Corpus Deponeretur, Recondendam
Academicos, Omnium Ordinum Honoratissimos, officiose invitat : [P.P. Sub
Sigilo Rectoratus Academici, die VII. Febr. A. MDCCII.]**

Rostochii: Weppling, [1702]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756265584>


Druck Freier  Zugang




Barnstorff, J.,
in J. C. Hauswedel.

Bostock, 1702.

36.



6



95.

45.

AD MEMORIAM
VIRI IMMORTALIIUM IN REIPUBLICAM
MERITORUM GLORIA ILLUSTRIS,

JOANNIS CHRIS- STOPH. HAUSWEDELII.

JURIS CONSULTI SUMMI GELEBERRIMIQUE,
SUPREMI TERRARUM MECLENBURGICARUM JUDI-
CII, QVOD PARCHIMI EST, POST ALIAS, EASQVE MAXI-
MAS, DIGNITATES, PER INTEGROS XXXIV annos
VICE - PRÆSIDIS GRAVISSIMI,
CUM IN CONDITORIO SUO

à


VIDUA, LIBERIS & NECESSARIIS



SOLENNI RITU CORPUS DEPONERETUR,
RECOLENDAM
Academicos, Omnium Ordinum
Honoratissimos,
officiose invitat

JOANN. BARNSTORFFIUS,

V. J. D. EJUSDEMq; PROFESS. ORDINAR. ACAD. ROSTOCH.
hodie **RECTOR.**



Rostochii, Typis JOANNIS WEPPLINGII, Univ. Typogr.

Handwritten signature or note at the bottom right of the page.

AD MEMORIAM
VIRI IMMORTALIS IN REPUBLICAM
MERTORIUM GLORIA ILLUSTRI

JOHANNIS CHR.
STOPH. HAUSSWEDDELL.

PURIS CONSTITUTUM CELEBRISIMO
SEPTIMI TERRARUM MEDITERRANEARUM JUD.
ET GYODANUM EST, POST ALIAS, LASOVE MAXI.
HAS DEVIAT, PER INTEROS XXXIV. ANNO
VIRI ILLUSTRI GAV. SIMI
CUM IN BONDITARIO SUO

VIRI LIBERIS & NECESSARIIS

COLLEGIUM RITU CORPUS DEPOSITUR

RECOLENDAM

RECTOR, CANTOR, ORGANISTAE

RECTOR, CANTOR, ORGANISTAE

RECTOR, CANTOR, ORGANISTAE

JOHANNES BARNSDORFFIUS

U. S. D. FROBENIUS PROPS. ORDINAR. A. A. D. ROSTOC.

hodie RECTOR

RECTOR, CANTOR, ORGANISTAE

RECTOR, CANTOR, ORGANISTAE





Eponentur hodie exuviæ Viri,
qvalem, five ortus claritatem
atqve splendorem spectes, five
varias eminentesqve in Rep.
dignitates, five illustrem rerum
in amplissimis muneribus ge-
starum gloriam, five protra-
ctam cumulatissimis laudibus
ad summum usque humanæ
ætatis fastigium vitam, five reliqvas, qvæ animum
ipsius exornaverunt, virtutes, inter rariora ævi deco-
ra meritò recensemus. Aliorum cum funera in-
dicimus, longè dicendi arcessere initia, dispicere so-
licité de momentis, quibus consvetas impleamus
paginas, multum ac sæpius digredi, cumqve ipsa di-
cendorum exilitas argumenti sterilitatem ultrò
prodat, cum in reipsâ pauca sint, qvæ dicantur, ver-
ba tamen facere plurima oportet. In HAUSWE-
DELII verò exemplo contraria per omnia ineun-
da est ratio, Atticorumqve oratorum more sine
procæmio, sine excursu dicendum est, qvia dicen-
dorum copiâ laboratur, verendumqve est, ne qvæ
am.

amplitudinem ornatumque maximè desiderant, dicendo constringantur & exilia fiant. Itaque ut strictim omnia ac per summa quasi capita delibemus, sepositâ omni ambage, de origine VIRI & profapiâ, quod omnium primum est, à quo cætera pendent atque descendunt, breviter quidem, nihil tamen exaggeratè trademus. Supra sesquiseculum est, quod in Westphaliæ partibus HAUSWEDELIORUM gens clara nobilisque fuit. Cum Westphalam nomine, eam me innuere provinciam cuncti intelligunt, quæ & ubere virorum in omni eruditionis genere proventu semper sæcunda tuit & huic ipsi patriæ nostræ, & olim celebrem COTHMANNORUM, & hodie RHEDECKERORUM gentem protulit, cujus quanta sint etiam nunc in Remp. nostram cum civilem tum literariam merita, nemo nisi rerum nostrarum expers ignorat. Vixerat Steinfeldæ JOANNES HAUSWEDELIUS, honestissimo vitæ genere, & inde belli furoribus, Hispanorumque sævitiâ, qui crudelissimo inquisitionis eculeo purioris religionis castitati insidiabantur, cum universâ familiâ expulsus, in Saxoniam primò inferiorem, mox in Franconiam Sæviamque, positus in agro Onoldsbacensi sedibus, commigraverat. Duxerat hic uxorem, emendatissimi moris & singularis in sexu suo exempli scæminam, MARGARETHAM, ex antiquâ eaq; tempestate inclytâ GRAVIORUM familiâ ortam. Hæc ipsi Hamburgi Anno MDXLV. duos progeniuit filios, JOANNEM & CONRADUM. Quorum ille, postquam pectus præclaris
lite

literis & instrumento perfectissimarum doctrinarum
exornavit, Moralis Philosophiæ in hac ipsâ, quæ
Rostochii floret, Academiâ Professionem est conse-
cutus. Quâ quam egregiè fuerit functus, varia,
quæ hodieque adhuc supersunt, sublimis ingenii mo-
numenta, quin & imago viri, in cœnaculo, ubi A-
cademiæ coit concilium, unâ cum cæteris è superio-
ribus seculis doctorum iconibus, quorum memo-
ria æternitati consecratur, suspensa, testatur. Ex-
tat in Jubilæo Academiæ Rostochiensis JOANNIS
HUSWEDELII Oratio Secularis, in solenni Pane-
gyri recitata, in quâ fata & genus Philosophiæ ac mo-
rum civilium tantâ doctrinæ ubertate & eloquentiæ
vi auditorum oculis exposuit, ut omnes numeros so-
lidæ atque ad Christianam honestatem directæ erudi-
tionis, quæ in hujus generis atque professionis vi-
rum cadere potest, explevisse censendus sit. Quare
& eundem, postquam fatis functus esset, JOAN-
NES CHRISTOPHORUS noster, Vice-Præsidis
postea dignitatem in supremo harum provinciarum
tribunali adeptus, cujus gratiâ hæc scribimus, di-
sertâ oratione, quæ exscripta typis est, laudavit, pie-
tatem suam erga hospitem & alterum quasi parentem
suum isthoc pacto prolixissimè declarans. CON-
RADUS porro, JOANNIS illius primi Filius alter,
juris studio animum adposuit, cumque jam in illo
non vulgares fecisset progressus, in Academiâ Je-
nensi tantum illi adjecit pondus, ut indulgentibus
Jctis jam privatim publicèque, institutis scholis at-
que disputationibus, quas Præsès ipse moderabatur,

quæque adhuc in eruditorum scriniis latent, alios legitimæ scientiæ cultores erudiret. Hinc ut reliquis è necessitudine sua, qui in superiore Germaniâ non sine Divinæ benedictionis documentis confederant, propior esset, ad Altorfinam Noricorum Academiam animum convertit; ad quam cum jam antea fama de amplissimâ juris scientiâ, cujus tot specimina Jenæ ediderat, dimanasset, Extraordinariam è vestigio Juris Professionem obtinuit. Quam etiam sedulo fideliterque eoque obiit, donec ad matrimonium mentis suæ consilia adplicaret. Id verò contraxit cum ANNA MARIA, CHRISTOPHORI KEYSERI, Jurisconsulti & Serenissimi MARCHIONIS Brandenburgici, lineæ Onoldsbacensis, Camerae Consiliarii, atque MARGARETHÆ TELBACHIÆ, Filiâ. Ex qua cum duo ipsi nati essent filii, CONRADUS alter & JOANNES CHRISTOPHORUS, CONRADUS quidem ad eandem cū Parente dignitatem Consiliarii Cameralis adscendit, Anno MDCLXXX. vitâ functus, relictis aliquot filiabus & nepotibus, unoque Filio, JOANNE LAURENTIO, Præfecto hodie Sollenhoffensi. Cum verò JOANNEM CHRISTOPHORUM nominamus, ad eum ipsum devolvimur, ob quem hæc scriptio nostra instituta est & cujus enarrare vitam ex more jubemur. Parentem is igitur nactus est eum ipsum, quem descripsimus, CONRADUM, celeberrimum Jctum, multorumq; Imperii Principum atq; Statuum in Ducatibus Franconiaë atq; Sveviæ Consiliarium, Matrem ANNAM MARIAM KEYSERIAM, quæ

qvæ eundem anno MDCXII. felici partu in opido Marchbreit produxit in lucem. Qvod si & reliqvæ stirpis, Paternæ pariter Maternæq; nobilitas commemoranda foret, qvæ illi ex splendidissimis matrimoniis accessit, longè mittenda esset oratio atqve per ADELMANNOS, in supremo, qvod Spiræ fuerat, Imperii tribunali celebres, MENNINGERSAMIOS, è Rotenburgo oriundos, aliosqve, qvasi longinqvo itinere eundum. Verum id nobis neqvquam agitur, ut peregrinis coloribus HAUSWEDELII nostri faciem depingamus, qvæ ipsi propria fuerunt, tantâ se nobis copiâ offerunt, ut & horum nobis compendium sit faciendum, nî effusâ eorum multitudine opprimi velimus. Postquam igitur festinatâ morte Mater HAUSWEDELII è vivis esset erepta atqve jam totus Germanicarum terrarum orbis arderet bello & sanguine diffunderet, consultum Patri videbatur, Filiolum hunc suum, vix septimum ætatis annum agentem, cum ad frugem à meliore, qvam nactus erat, naturâ inde à puero duceretur, fidei committere unici Fratris sui, JOHANNIS. Is tunc Rostochii in summâ rerum tranquillitate altâqve pace agebat, eoqve promptius hanc in se suscipiebat curam, qvodcum unico Filio suo, JOHANNE ALBRECHTO, socias in studiis jungere operas posset, qvippe qvi non ignorabat, quantum momenti in literis positum & artibus bonis esset. Atqve ita providentissimo DEI consilio prospectum HUSWEDELIO nostro est, ne feralis belli flammis id bonum exureretur & abiret
in

in cineres, quod liberalis ei natura inſeuerat. Pau-
lò enim poſt, quam delatus huc fuerat, & ipſe Parens,
Martis fractus injuriis, vitamque cum morte commu-
tans Filium utroque parente orbem reliquit. Qua-
re JOANNES HUSWEDELIUS ex eo tempore
non tam patruſi quam patris in ſe officium ſuſcipiens
ſummâ, quæ à pietate ipſâ deſiderari poterat, ſolli-
citudine hunc alterum Filium ſuum eduxit. Qui ut
incredibili diſcendi cupiditate ardebat, ita nun-
quam remiſſo ſtudio & curâ in optimæ utiliffimæque
cujusvis artis incumbere genus, anxie cavens, ne
florem ætatis atteri otio atque ſic abire ſineret, ut nihil
præſidii virilibus annis, aut viatici pararet canis.
Et quamquam pro amoenitate ingenii ſui omni fer-
me bonarum literarum elegantiam teneretur, præci-
pue tamen Græcâ literaturâ & Poëſi delectatus ſpe-
ciatim eſt. Nec ab harum deliciarum amore avoca-
ri in ipſis poſtea publicis functionibus potuit, quin
ſubinde, etiam annis in ſenectutem vergentibus, ad
has ſuavitates recurreret & res historiasque ſacras
ingenioſis epigrammatis incluſas, Poëtarum vincu-
lis adſtringeret. Eſt in ejus pluteis non exigua eo-
rum farrago, quæ ſi aliquando propitiâ fortunâ ede-
rentur in lucem, non applauſum tantum eruditi or-
bis, qui ponere pretium his elegantis novit, ſed ad-
miracionem etiam excitatura eſſent. Ita enim affi-
cit animum compoſitum ab ipſo poemâ, nihil ut ex-
cogitari poſſit jucundius, nihil ut argutius. Et ne-
ſcio quid in eo latet Divini, ut vellectum tantum pa-
riat venerationem. Quarum rerum curâ capi adeo
magnum

magnum & deditum civilibus negotiis animum non dedecet, ut viri ingentes, ipsiqve sæpe principes regesqve in iis remissionum suarum aliquam partem posuerint. Fructum nempe vitæ severioris & laborum, qvi ipsis semper graves incumbunt & concatenati, non in ignavis voluptatibus statuentes, sed in pulcerrimarum saluberrimarumqve rerum cognitione, qvin in meditatione Divinorum mysteriorum, quæ veram sapientiam constituunt. Quæ nobis dedit poemata stupendi ingenii heros, HUGO GROTIUS, quamquam ingentibus rerump. negotiis per maximam vitæ partem innexus, qvippe invictissimi Sveciæ Regis ad Christianissimum Galliarum Regem Legatus? Quæ Julius Cæsar & Josephus Justus Scaligeri, à Principibus Veronensibus & Comitibus Scalenburgicis orti? Agitare Numen Poëtas jam olim creditum fuit & cum in sacro carmine Divini maximè motus eluceant, profanæ teterrimæqve mentis sit necesse est, qvi vel nullo loco has Christianæ animæ cupedias numeret, vel alto supercilio tanquam viro in dignitate constituto indignas contemnat. Nos verò ad juvenilia HAUSWEDELII nostri studia regrediemur. Postquam pro ingenii sui docilitate eas disciplinas, quibus præparari adolescentulorum ingenia ad majora studia solent, avidè hausisset, ampliora jam spatia desiderans pro nobilitate erectæ indolis, ex consilio præcipuè Patruī, peregre sibi eundum esse existimavit. Nec enim qvi eo loco nati sunt, ut non sibi duntaxat, sed aliis, immo publico egregio spem amplam uberemqve ostendent, intra umbrarum tenebrarumqve cancellos

B

coer-

coerceri volunt, sed lucem subinde majorem splendoremque desiderant. Itaque vigesimo & primo ætatis suæ anno in Belgium profectus est, ut quæ præclare hæctenus & ingenti cum successu ingressus studia, uberiores ad maturitatem adduceret. Jam pridem Batavorum natio inclyta toto orbe fuit, non literis tantum, sed illis etiam artibus, quæ in jure populis dicendo exerceri solent. Et illustrabant eò tempore easdem quædam quasi omnis eruditionis miracula, Amstelodamum GERARDUS JOANES VOSSIUS, Polyhistor, & CASPARUS BARLÆUS, Poëta; Lugdunum DANIELHEINSIUS, Philologus, ne de reliquis quidquam dicamus. Horum amori, iisdem quippe studiis innutritus, facili se operâ insinuabat, breviqve tempore efficiebat id, ut commendatus Amplissimo civitatis Amstelodamensis Consuli & Comitatus Hollandiæ Præfecto, CORNELIO BICKERO, FILIO ipsius præponeretur, qui studia ejus gubernaret ac regeret. Quod & eâ fecit fide, eoqve successu, ut fortunarum quoque suarum, si ita ei fuisset visum, ponere sedem in Belgio potuisset. Verum ille postea meliore consilio hanc functionem cum aliâ commutavit, additus quippe Filio inclyti Jcti & Reip. Hamburgensis Syndici, VINCENTII MULLERI, THEODORO. Cum quo anno MDCXLV. primum Lugdunum abiit Batavorum. Ubi & hac provinciâ ita functus est, ut eximia in illum, qui ejus commissus fidei & disciplinæ fuerat, redundaret utilitas, ipsum verò apud universam necessitudinem plurimum laudis & gloriæ maneret. Freqventarunt

au

autem in illâ Academiâ scholas immortalis gloriæ
Juris Consultorum, BERNHARDI SCHÖTA-
NI, ARNOLDI VINNII & JACOBI MÆSTER-
TII, quos eo tempore ut quædam juris atque justitiæ
universæ oracula venerabatur orbis. Ne tamen
occasionem in intimiorem Romani Imperii negoti-
orum notitiam penetrandi negligenter, ad publica
etiam animum adposuerunt. Habebatur eo tempo-
re, anno nempe reparatæ per Christum salutis
MDCXLVII. Monasterij atque Osnabrugæ illustri-
simus, qui ad componendos dissentientium per inte-
gros XXX. annos consilia conferebat, con-
ventus. Coibant maximorum potentissimorumque
per totam Europam Regum Principumque Legati.
Deorum hoc fuerat quoddam quasi Concilium, re-
stituendæ, quæ per tot annos collapsa fuerat, orbis
saluti pacique intentum. His verò se ingerere,
HAUSWEDELIUS & MULLERUS, observare
congregantium ordinem, consultationum momen-
ta; insinuare se Legatorum notitiæ, eorum aucu-
pari favorem, nec intermittere quicquam, quod
aliquando fructum adferre posset in civili officiorum
administratione constitutis. Ex in visis lustratisque
præcipuis Belgii urbibus Coloniam adierunt, ad
oram Rheni sitam, ut ex ore admirabilis Jcti HER-
MANNI HERMESII, limpidissima haurirent ju-
ris fluentia. Is enim toto tum orbe ob vastam le-
gum scientiam, quas ex memoriâ, sine ullius codicis
adminiculo, unâ cum iis, quæ iisdem adversari vide-
bantur, & resolutionibus, quas vocant, recitare po-
terat, late celebrabatur. Quo facto instituto per Ant-

werpnam & Seelandiam itinere , portum primò Ca-
letum attigerunt , deinde præcipuis Galliaë urbibus,
Lutetiaë præcipue Parisiorum , inque eâ Regis Par-
lamento, aliisque observatione dignis , perlustrandis
dederunt operam. Ad Andegavensem ubi deven-
erunt Academiam, Licentiati in Jure decus , Decano
& Promotore D. Sengebehro, HAUSWEDELIUS
suscepit. Tum verò desiderante reditum MUL-
LERIANA Matre, Italico sese itineri accinxerunt.
Italiam magistram optimam morum & omnis civi-
lis habitus , quin & solidioris eruditionis quendam
parentem, jam ab antiquis usque seculis creditam,
esse omnes norunt. Igitur per Lugdunum Floren-
tiam, Rhotomagum, Bononiam, Venetias, Paduam,
conscensis superatisq; immensis Alpibus, monteque
Gottardo, mox per Hercyniam Sylvam ad Cantones
Helvetios, Bernam, Tigurum, Basileam, porroq;
Argentoratam, Ulmam, Ratisbonam, Viennam con-
tenderunt. Donec postremò per Bohemiaë regnum,
Misniam item atque Saxoniam, DEO tam longum
tamque variis periculis obseptum iter felicissimo ex-
itu coronante, in patriam redirent, Matremq; MUL-
LERI & gentem gaudio perfunderent, nullis satis
verborum lenociniis explicando. Nec enim lite-
rarias has peregrinationes vel animi tantum fallendi
causâ obierunt, vel ad oblectandos locorum rerumq;
varietate oculos, sed ut rerum. formas & leges, in
quibus earum quasi anima consistit, tum rationes ad-
ministrandi imperii, multiplices illas & pro cujusvis
civitatis indole usuque prudenter attemperatas, ali-
aque ejus generis prælara atque frugifera, summo
studio

studio & solertiâ indagarunt. Quo ipso ad civiles
actus animum præclare erudierunt & ad futuras am-
plissimorum officiorum administrationes reddide-
runt aptum atqve compositum. Ad eas verò ut ritè
accederet HAUSWEDELIUS, in hac Academia ante
cætera omnia Doctrinæ, quod vocant, jus petiit, quod
& nullo negotio est consecutus. Quippe isto titulo
& gradu anno MDCL. prævio Facultatis examine &
Inaugurali de Jure liberorum, Præside D. HENRICO
RHANIO, Disputatione, inter sex competitores, ma-
nu D. HENRICI SCHUCKMANNI, insignitus pu-
blicè solenniterqve decoratus. A quo tempore non
in notitiam tantum, sed & familiaritatem, penetravit
celebratissimi tum temporis Jcti & Judicii Provin-
cialis Advocati JOANNIS GOETHELII, atq; per
hunc in arctiorem nexum cum consultissimo Divini
humaniq; juris viro, D. JACOBO STURZIO, Con-
siliario Güstroviensi & Fiscii Advocato, cujus unica
Filia CATHARINA, in arce Swanensi HUSWE-
DELIO auspiciatissimo vinculo fuit desponsata, ritu
solenni Güstrovii celebrato anno MDLI. Accepit
is adeò primum laborum contentionumq; suarum
præmium, singularis fidei ac pietatis, virtutumq; præ-
stantissimarum scæminam, cui in summo concordia
ac tranquillitatis studio ita convixit perpetuò, ut pacis
atq; amoris arctissimi, quo ad Divinitatis quandam
imaginem proximè accedimus, plenum illud quidem
totum conjugium steterit & nunc eò majori se vidua
sentiat clade percussam, quanto tenerior sanctiorq;
inter utrumq; ad extremum usq; vitæ finem duravit
affectus. Nec Divinâ benedictione carere poterat
nixum tanto consensu & svavitæ conjugium, Ex

eo enim duo filii, totidemq; filia prodierunt. Gustrovii quidem JACOBUS FRIDERICUS, natus die Andreae Apostoli anno MDCLII. JOHANNES CHRISTOPHORUS, qui hujus lucis usura frui cepit die vicesimo Februarii, anno MDCLX. Parchimi verò CATHARINA ELISABETHA, edita tricesimo Maij anno, MDCLXIX, & MARIA CHRISTINA, nata die Thomae Apostoli, anno MDCLXIX. Horum sedulam anxiamqve egit curam, eorum educatione nihil potius ducens, nihil prius. Et JACOBUS quidem FRIDERICUS, ducta anno MDCLXXIX, DOROTHEA ELISABETHA, D. FRIDERICI KLATTENII, Consilarii Meclenburgici & Assessoris in supremo provinciarum Judicio Filiâ, duplici nepte ex Parente Avum fecit; CATHARINA SOPHIA, (quæ anno MDCXCIX. ALBRECHTO LAURENTIO EICHHOLZIO, Judici Sverinensi, nuptum elocata est, novoq; Filiolo, quamquam præcipiti fato defuncto, HAUSWEDELIUM nostrum Proavum reddidit) & DOROTHEA ELISABETHA, præmaturâ morte vivis iterum ereptâ. Cumq; fatis CLATTENIA anno MDCLXXXII. concessisset, ex secundo quoque matrimonio, anno MDCXCI. cum ANNA SOPHIA ZULOVIA, matre RANZOVIA progenitâ, contracto, & neptem HAUSWEDELIO, sed & hanc brevioris vitæ, & nepotem adhuc superstitem, JOHANNEM CHRISTOPHORUM FRIDERICUM, addidit quidē, sed ipse inverso naturæ ordine Parentem morte prævertit, A. MDCXCVI. Filius alter, JOANNES CHRISTOPHORUS, militarem à juventute amans vitam, prælio in Scaniâ commisso, captus quidem abductusq; in Sveciam, mox

mox tamen ab AVGVSTISSIMO Rege vexillo donatus, vitam præpropere cum morte commutavit. Filia prior, CATHARINA ELISABETHA, elocata anno MDGLXXXIII. Nobilissimo JCto, CAROLO FRIDERICO FERBERO, JO. LEVINI Confilarii Meclenburgici, Filio, Proprietario Domino in Kasbohm, Iickendorf & Depzow, trium Filiorum, JOANNIS GVSTAVI, CAROLI FRIDERICI, ANTONII HINRICI, triumque Filiarum ANNÆ CATHARINÆ, quæ tamen diem iterum obiit supremum, MARIE ELISABETHÆ & CHRISTINÆ MAGDALENÆ; Filia posterior MARIA CHRISTINA, conjugalifedere alteri FERBERORVM Fratrum, GUSTAVO FERBERO, Hæreditario Domino in Verchentín, Crase & Bredensfelde, duorum Filiorum, JOANNIS FRIDERICI & ANTONII GVSTAVI, citâ tamen morte perempti, triumque Filiarum, ANNÆ CATHARINÆ, JOANNÆ ELISABETHÆ & MAGDALENÆ DOROTHEÆ, mater facta est. Tot ex se unâ stirpe prodiisse surculos vidit rari exempli Senex, eò enixius sibi gratulatus de prærogativâ istâ, quopauciorû eâ est & non nisi DEI singulari beneficio contingit. Verè enim acclamare HAUSWEDELIO illo Davidico fas est: *Uxor tua erit sicut vitis fructifera in lateribus domus tue, filii tui sicut planta olearum circum circa mensa tua. En! namq, sic benedicitur viro timentí Jehovaham!* Et illo Salomonæo: *corona senum sunt filii filiorum, decus autem filiorum patres eorum.* Quis enim dubitet, multiplicatum in tot FERBEROS, FERBERASQVE, immò in eos quoq, qui HAUSWEDELIORUM nomen retinent, HAUSWEDELIANVM sanguin-

fanguinem in serâ posteritate victurum esse? Quis eorum, cum in virtutes pariter annosque adoleverit, non omni virium suarum contentione allaborabit, ut præclarissimis Avi facinoribus immortalitatem conciliet & eâdem quisque pro sexu moduloque suo virtutum viâ ad eandem laudem gloriamque strenuè grassetur? Faxit id supremum Numen, curæque Paternæ in formandâ provehendâque hac sobole, ut nonnisi ad magna laudataque evalescat, adjiciat pondus! Nos verò ad dignitates & officia, in quibus potior HAUSWEDELII nostri stat gloria, enarranda accedemus. A fori actionibus exordium sibi capiendum esse arbitratus est meritò, Subjiciebat animo suo, nihil magnum nasci statim, sed fieri & in fastigium atque summum verticem non momento penetrari, sed per declivia laterum adscendi. Dum in his negotiis sedulò fideliterque occupatur, redux ex peregrinationibus suis PRINCEPS omni laude nostrâ major, GUSTAVUS ADOLFVS MECLEBURGICVS, Jure Consultum eo tempore longè lateq; immortalibus scriptis celebrem, IO. OTTONEM TABOREM, ut intimioribus adesset consiliis, Argentorato evocaverat. Quo censente effectum est, ut HAUSWEDELIO, qui antea, anno nempe MDCLIV. ab Amplissimo Senatu Rostochiensis ad Juris Professionem vocatus provinciam gravibus ex causis declinaverat, Consiliarii, quem vocant, Cancellariæ atque Justitiæ functio imponeretur, factâ solenni inauguratione, anno MDCLIX. Quam etiam eâ cum dexteritate laudeq; administravit, ut vix quicquam adjici possit ad summum. Accidit interea, ut translato ad immortalitatis gloriam ADOLFO FRIDERICO,

RICO, DUCE MECLENBURGICO, à relictis
Filiis, CAROLO, JOANNE GEORGIO &
CHRISTOPHORO RUDOLFO, cæterisque ex
eodem sangvine natis, DVCIBUS MECLENBUR-
GICIS, in consiliorum adseisceretur societatem. Et
gessit eqvidem Divino nutui, indulgente GVSTAVO
ADOLFO, obsequium, officioque isti per integrum
fese triennium submitit. Tantâ verò integritate,
tanta fide, ac in omnibus partibus diligentîâ, tantâ
denique in iis, quæ ipsi sive in expediendis negotiis
publicis, sive dirimendis, quæ ipsos Principes distra-
xerant, controversiis, sive in componendis privato-
rum litibus commissa fuerant, dexteritate demanda-
tum sibi munus obijt, ut collaudare ac vehere satis
pro dignitate nec summi potuerint, nec imi. Cujus
rei indubitata argumenta in publicis curiæ commen-
tariis adhuc hodie asservantur. Indicta circa id
tempus ab invictissimo Romanorum Imperatore
comitia, convocatiqve fuerunt Imperii Principes Sta-
tusqve. GVSTAVUS igitur ADOLFVS ME-
CLENBURGICUS missus ad illa anno MDC LXII.
Legato suo, JOACHIMO FRIDERICO à GANS,
Aulæ Marechallo, HAVSWEDELIVM ad-
junxit, qui communi primum operâ, mox re-
vocato GANSIO, per integrum triennium solus,
publica PRINCIPIS negotia rectè & ad HERI sui
optimi maximiq; nutum expedivit; quâ dere Acta,
aliquot voluminibus descripta & illata Archivo Gu-
strovienfi, uberrimè testantur. Cumqve eopse tem-
pore JUSTUS BRUNNINGKIUS, Cancellarius,
ad Consilarii Imperialis Aulici dignitatem evectus, Vi-
C
ennam

annam discessisset, revocatus HAUSWEDELIUS est, eiqve Directio Dicasterii Aulici & justitiæ anno MDCLXV. credita. Advenerat eo anno ad componendas, quæ inter GUSTAVUM ADOLFUM & CHRISTIANUM LUDOVICUM, DUCES MECLENBURGICOS, exortæ fuerant, controversias, Legatus Christianissimi Regis, DELOMBRIUS, Conciliatoris partes inter Serenissimos DUCES acturus, cui cum DIETERICUS VON DER LUHE, consiliorum PRINCIPIS Præses & HAUSWEDELIUS, in tractatum laborumqve societatem adjungerentur, auspiciatissimum illud pacis atqve transactionis Instrumentum confectum est, quod inter campanarum tympanorumqve sonitus publicatum incredibile inter maximos minimosve gaudium & animorum in lætissima júbila effusionem concitavit. Secuta sunt comitia provinciarum nostrarum circularia ad integrum annum extensa, in quibus & ipsis HAUSWEDELIUS virtutes ita effulserunt, ut cum augustum illud, quo MECLENBURGICA natio superbit, Judicium, quod provinciale & Aulicum appellatur, ad quod à judiciis inferioris ordinis omnibus provocatio est, longo ante tempore suspensum, novum utriusqve PRINCIPIS voluntate atqve consensu robur & firmamentum acquireret, VICE-PRÆSIDIS in illo eminens dignitas, habito ad plurima maximaqve viri merita respectu, in HAUSWEDELIUM anno MDCLXVII. omnium cum adplausu conferretur. Dehinc cum Leges disciplinam totius Provinciæ publicam spectantes conscribi placuisset, ad id

ad id quocumque negotium HAUSWEDELIVM una cum
OTTONE PREENIO, Camerae consiliis admoto,
HAHNIO, arcanorum consorte & JOANNE LE-
VINO FERBERO, Feudorum & Justitiae Consi-
liario, adhibere PRINCIPES decreverunt, quas
enixissimam curam summoque studio in unum corpus
reductas Equestri & Provinciali Ordini, suis quoque
observationibus eliminandas, exhibuerunt. Ita novi
semper gravesque impositi HAUSWEDELIO la-
bores, quia quibuscunque par erat, nec aliquid in
Rep. negotium quod magnae esset arduaeque cogi-
tationis, sine collata HUSWEDELII opera susce-
ptum, quia animi dexteritas cum agendi prudentia
ex actibus ipsius ubique elucebant. Quare famam
viri commotae & exterarum Respublicae illustres ei fun-
ctiones, veluti Lubeca anno M DC LXIX. Urbis
Syndicatum, quem tamen modestè subterfugit, ob-
tulerunt. Quam moderatione & erga Serenissimum
HERUM suum usus est, cum delatum ipsi in Imperii
Camerae, quae Spirae fuerat, locum, summam usum sub-
missione deprecatus est, eo praecipue tempore, quo
atrocis belli minas Romano Imperio Galliae Rex
intentaverat, quas omnium rerum mira perturbatio,
infestus casus, tristes tragediae, urbium excidia & ma-
la innumera alia sunt infecuta. HAUSWEDELIVM
verò non tam praevisa haec, eaque funestae calamitates,
quam devota erga PRINCIPES suos reverentia &
beneficiorum memoria, quibus per omnem vitam
suam ab iisdem fuit abundantissime affectus, quo mi-
nus alio concederet, retraxerunt. Nam obstinatissi-
mi erga PRINCIPES obsequii laudem ad extremum

□ sqve spiritum tenuit. Quamobrem non tantum GUSTAVUS ille ADOLPHUS, cujus in Fastis Meclenburgicis memoria, quousq; fulserit ille cœli oculus, nunquam intermoriatur, sed & FRIDERICUS WILHELMUS, quem hoc ipso tempore, ut propitium studiis nostris Numen, submississimâ veneratione colimus, ita actus HAUSWEDELII nostri & administrationes probarunt hætenus, ut ad extrema usq; fata, sine sensu ullius frigusculi aut alienationis, quod per tantum temporis tractum rarò evenire solet, favorem perpetuum & gratiam ei præstiterint. Quod equidem, cum non possit lubrico pede incedere, nisi qui scientissimè se moderatur ac temperat, non tam fortunæ, quam Dei beneficium esse, sine quo nihil rectè atq; prosperè gerere possumus, quotquot serio religionis sensu ducuntur, agnoscunt. Ad hanc verò benevolentissimam voluntatem dubitandum non est PRINCIPES commovissè singulares rarasq; HAUSWEDELII virtutes. In quocunq;, quod aggressus est, negotio ingenii vim, acumen judicii, linguæ facundiam & scientiæ, longo usu sibi comparatæ, copias, tanquam benè ordinatam aciem, produxit auspiciò in campum. Quo factum est, ut nec major in consiliis probitas, nec infracta magis in expediendo, quod creditum ipsi fuerat, industria, aut in de jure respondendo promptitudo felicior, aut in penetrandis dissolvendisq; difficultatum nodis exactius judicium, aut in tuendâ asserendâq; justitiâ incorruptum magis fervidumq; studium, in quoquam facile alio præ quam in illo fuerat, eluxerit. Ad quæ singula cum ab ipsâ naturâ, tum ab usu & consuetudine natum


tum factumq̄ve fuisse, existimare liceat. Sed nec aliã
aberant ab HAUSWEDELIO virtutes. Adversus
eos, quibuscum agendum ipsi versandumq̄; erat, ita
humanitatis, ita officii plenus fuit, ut hac in virtute
nemini facile cederet. Erat enim alienus ab omni arro-
rogantiã & fastu, quæ ferme vitia sordidis tantum homi-
nibus & vanis hærere solent. PRINCIPES suos, tanquam
terrestres quosdam Deos, demississimã subjectissimaq̄ve
humilitate suspexit. Collegas amavit, coluit, veneratus
est summopere & eadem ab ipsis accepit officia. Qui con-
sulendi ipsum causã accesserant, eos comiter habuit, co-
gnitisq̄ve causis & consilio & ope cupidissimè instruxit.
Nemini gravis unquam fuit, omnibus facilis, à cunctis
amatus. Postremò exitum habuit, qualis ipsa vita fuerat,
placidum lenissimumq̄. Nec enim acuto aut lento morbi
genere diu molesteq̄ excruciat, quod iis ferè contin-
git, qui arthriticis doloribus magis magisque emaciati
postremò inter exquisitissimos cruciatus animam emit-
tunt, obijt, sed tum finitus est, cum esse atq̄ve durare diu-
tius nihil pigeret. Nec etiam ex virium infirmitate
quicquam ei in ferã morte obvenit, quod prioris vitæ cla-
ritatem caligine, aut nubeculã saltem aliquã, obduceret,
nec tuis tantum longævo vitæ spatio partum decus est,
sed majus etiam ac verius ab ipsã morte, quæ odii juxta
gratiãq̄; causas procul habet, expectat. Quare & HAUS-
WEDELIi excessum nemo est, quin summo dolore ge-
mituq̄ve prosequatur. Quod si quis putaverit, ad mini-
mum sine singularis tristitiã indicio hanc mortem trans-
mitti posse, cujus ætas ad eum adducta fuerit gradum, ut
jamdiu antea stare in præcipiti & immineret fini per se, is

omninò in mentem sibi revocet, quamquam à sexagesimo anno ultimum humani ævi spatium incipiat, quo lapsus non tam vergant magis quam planè procidant vires, incrementis omnibus consumptis; si tamen virtutes viri, in ipsâ capulari, quam vocant, senectute firmas vegetasque, easque publicæ nostræ rei tam utiles, tam necessarias, si inexhaustam illam, longoque & pertinacissimo sibi usu comparatam, (quâ reinter millenos sui ordinis, DEO vitæ ipsi longævitatē concedente, eminuit) rerum patriarum notitiam, quâ extemplo succurrere dubiis quibuslibet casibus & nodos obvenientes, aliisque inextricabiles, experientiæ suæ penu, tanquam ex vivo quodam archivo, discutere poterat feliciter & extricare, si laborandi patientiam atque constantiam, quâ nulli unquam mortalium concessit, nulli unquam fuit secundus, respiciamus, cur non luctuosus accidat atque acerbus ejus obitus? Nemo utilitatum publicarum instrumenta libenter perdet, aut in spe similis boni, quod nondum adest, & ambigua admodum expectatione præcipitur, quam in præsentis possessione plus positum sibi vel præsidii vel solatii putabit. Reddidit animam suam DEO HAUSWEDELIUS die XXV. Decembris anno MDCCI. cum in hac mortalitate vixisset annos LXXXIII. in officio VICE · PRÆSIDIS XXXIV. in conjugio LI. assidente ipsi ad extremum usque halitum mœstissimâ nunc Viduâ, in quâ, dum vixit, valetudinis & senii sui præsidium non ultimum positum se habere frequenter fuit confessus. Obiit verò immotâ in Servatorem suum fiduciâ. Hunc enim feriâ religionis castitate per totam vitam suam fuit professus. Quam fidem pietate

pietate minimè vulgari, multò minus fictâ atqve imagi-
nariâ, sed ex facto atqve opere profitentis æstimandâ, non
tam oblatâ quam arreptâ occasione cupidissimè demon-
stravit. Quam frequens auditor juxta ac lector fuerit
oraculorum cœlestium, quin & meditator diligens, vel
inde cognitu facillimum est, quod ERNESTINA Biblia,
quæ genuinum singulorum versuum sensum interlineari
paraphrasi commodissimè jucundissimeqve repræsenta-
tant, aliquoties verbotenus legendo absolverit, annotatis
iis, quæ singulare vel ad interpretationem textus, vel ad
usus doctrinæ morumqve, momentum habere videban-
tur. Speciatim Novum Testamentum in Græcâ, quam
à puero amaverat, sibi que reddiderat quasi vernaculam,
linguâ innumeris legit vicibus, eaque ex illo, instituto
quasi delectu, dicta seposuit, quæ vel sustentare in variis
casibus fidem, vel præbere orationibus fundamentum po-
terant, quas flagrantissimo studio & frequentissimè pro-
fudit. Et quamquam neminem unquam certo propo-
sito animi offenderit, & cum fecissent alii in se, non tam
quæsiverit ulciscendi causas, quam dissimulatis iniuriis
ultrò dimiserit, Deum tamen, coram quo hominum
nemo innocens est, quem læpe se offendisse non igno-
rabat, actâ seriâ peccatorum pœnitentiâ, reconciliare
per Christum quotidie est admissus, usus quoque subinde
verendis mysteriis, quibus animam quasi expiavit. Nec
quicquam unquam impensius optavit, quam ut vitam
suam ad Divinæ voluntatis regulas ita posset instituere,
ut DEO in omnibus placeret. Eò enim pacto fore credi-
dit, ut omnium tutissimè felicissimèq; ex incertis & ca-
ducis hujus vitæ casibus eluctaretur & superatâ mortis
acerbitate ad æternæ in cœlis gloriæ fastigium ascende-
ret.

ret. Et Tu quidem, HAUSWEDELI, ad voti nunc Tu
appulisti portum. Seculare propemodum emensus es
vitæ curriculum. Ex hac tempestate, ex hac impetu-
ofissimorum turbinum hyeme in tranquillam æternita-
tem adspirasti. Ibi Te justitiæ corona cingit & ambit
purpura candidissimæ innocentiae. Nos Te nunquam
non admirabimur. Tuarum virtutum memoriam nihil ex
animo eripiet nostro. Superfint nobis perpetuo læti &
incolumes, quoscunque non tam nominis Tui quam san-
guinis reliquisti hæredes. Hi ad exemplum laudum Tu-
arum adolescant & gloriæ aliquando Tuæ fiant hæredes.
Nunquam ex sanguine Tuo deficiat, qui justitiam colat
& in affectatam amet pietatem. Id ineffabili solatio erit
adfectissimæ obitu Tuo viduæ, quam alteram pectoris
Tui partem si destinatio à Deo tempore ad Te receperis,
novum incrementum cœleste gaudium Tuum capiet. Tu
interea præsentem frui & vale, æternumque vale! Nos
verò, Cives, dum exanime HAUSWEDELI corpus
conditorio suo hodie infertur, dum alio officio præclaris-
simè de Rep. patriam meritum prosequi non possumus,
saltem virtutes ipsius gratâ recordatione veneremur, qui
licet animi sui propensione inservire nobis, quod in vi-
vis voto suo semper expetiit, amplius non potest, exem-
plo tamen nos suo erudiet. Hoc quoties intuebimur,
nostrammet excitabimus mentem, ut eandem verissima-
rum virtutum imaginem induat sibi ac vitam exprimat.
Ex quo non exiguum ad universam necessitudinem
HAUSWEDELIANAM, quam arcto vinculo isthac vo-
bis pietate obstringetis, solatium redundabit. P.P.

Sub Sigillo Rectoratus Academici, die
VII. Febr. A. MDCCII.



eo enim duo filii, totidemq; filia p
strovii quidem JACOBUS FRID
die Andreæ Apostoli anno MDCL
CHRISTOPHORUS, qui hujus l
p it die vicefimo Februarii, anno MD
verò CATHARINA ELISABETH
mo Majj anno, MDCLXIX, & MA
NA, nata die Thomæ Apostoli, an
Horum sedulam anxiamqve egit cur
catione nihil potius ducens, nihil priu
quidem FRIDERICUS, ductâ anno
DOROTHEA ELISABETHA,
RICI KLATTENII, Consiliarii M
Assessoris in supremo provinciarum
plici nepte ex Parente Avum fecit ;
SOPHIA, (quæ anno MDCXCIX
TO LAURENTIO EICHHOLZ
rinensi, nuptum elocata est, novog; Fil
præcipiti fato defuncto, HAUSW
strum Proavum reddidit) & DORO
BETHA, præmaturâ morte vivis
Cumq; fati CLATTENIA anno
concessisset, ex secundo quoque ma
MDCXCI. cum ANNA SOPHIA Z
RANZOVIA progenitâ, contracto, &
WEDELIO, sed & hanc brevioris
adhuc superstitem, JOHANNEM C
RUM FRIDERICUM, addidit quidē.
naturæ ordine Parentem morte præve
Filius alter, JOANNES CHRIS
militarem à juventute amans vitam,
commisso, captus quidem abductu

Copyright 4/1999 XxyMaster GmbH www.XxyMaster.com

VierFarbSelector Standard - Euroskala Offset

mox tamen ab AVGVSTISSIMO Rege vexillo do-
 natus, vitam præpropere cum morte commutavit.
 Filia prior, CATHARINA ELISABETHA, eloca-
 ta anno MDGLXXXIII. Nobilissimo Jcto, CARO-
 LO FRIDERICO FERBERO, JO. LEVINI
 Confilarii Meclenburgici, Filio, Proprietario Domi-
 no in Kasbohm, Iickendorf & Depzow, trium Filio-
 rum, JOANNIS GVSTAVI, CAROLI FRI-
 DERICI, ANTONII HINRICI, triumqve Filia-
 rum ANNÆ CATHARINÆ, quæ tamen diem
 iterum obiit supremum, MARIA ELISABETHÆ
 & CHRISTINÆ MA... NÆ; Filia poste-
 rior MARIA CHR... NÆ; galifedere alteri
 FERBERORV... VO FERBE-
 RO, Har... tin, Crafe &
 Brede... IS FRIDE-
 R... en morte
 CATHA-
 GDA-
 tot ex
 Se.
 itâ,
 beneficio
 WEDELIO
 sent vitis fructifera
 planta olearum circum-
 benedicatur viro timenti Je-
 bovam! Et... onæ: corona senum sunt filii filio-
 rum, decus a... pliorum patres eorum. Qvis enim
 dubitet, multiplicatum in tot FERBEROS, FERBE-
 RASQVE, immò in eos quoq, qui HAVSWEDE-
 LIORUM nomen retinent, HAUSWEDELIANVM
 sanguis

